



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

14. Ius fori, cedit legi conscientiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

pleriq̄. teneat, quod si est cœpta & perfecta cum titulo & bona fide non debeat fieri restitutio, nec iure civili, nec canonico: & alleg. no. per Barto. in l. sequitur §. si viam. ff. de v. fucap. & l. fin. ff. rem ratam haberi. & per Canonistas in c. 1. de concessione præbende & c. fin. de præscrip. Et eodem modo posset retineri, quod est præscriptum: quando præscriptio foueretur à iure canonico: secundum Bal. in l. id, quod pauperibus. in quarta parte. C. de episcopis & clericis.

- 13 † Septimus casus est in filijs familias quibus mutuatur pecunia: quia licet sint de rigore iuris tuti exceptione Macedoniani, ut in toto titu. ff. & C. ad Macedonianum: tamen si probetur mutuum & ob charitatem: quod in dubio præsumitur apud christianos, quod
- 14 fiat ob mortem † parentum: secundum Abb. Siculum hic: & do. Anton. de But. hic: qui dicit ius poli præualere: quia lex conscientie maior est, quam ius fori.
- 15 † Octauus est, cum pacto nudo iure civili vel sine causa promittitur. l. iurisgen. §. igitur nuda. ff. de pact. & l. 2. §. circa. ff. de doli.

doli except. de quibus in. c. 1. & 2. de pactis.

† Nonus casus est, quando contractus fuit 16
celebratus cum minore, vel ecclesia, vel alio
maiore, cui potest subueniri ex clausula gene-
rali: vt l. 1. in fine ff. quibus ex causis maiores.
vel quia aliquis fuit deceptus in precio ultra di-
midiam iusti precij de iure ciuili: vt l. 2. C. de
rescind. vendi. & c. dilecti. de emptione. &
venditione. vel etiam in minimo, si sciens de-
cepit imprudentem: quia licet iure fori posset
retinere: tamen secus est iure poli: vt 14.
quest. 4. quicumq. & ita tenet Innocen. &
& Pet. de Anch. in d. c. quia pleriq.

† Decimus casus est in medico vel aduo- 17
cato, qui ab existente in necessitate aliquid
ultra debitum extorserint: quia licet possint
petere & retinere quod iustum est: vt l. 1.
C. de suffragio. & l. si medicus. ff. de varijs &
extraordinarijs cognitionibus. tamen quod
ultra mensuram receptum est debet resti-
tui. Et idem dicendum est & multo fortius
de iudice & consultore: vel alias habente
iurisdictio. vt c. non sane. in princ. 14.
H 2 quest.